

sicut si in uno esset leco, & obiecta contraria ei forent sufficienter applicata...

156. Sexto tandem de facto replicatur forma sine subiecto, quod alibi informatur...

DISPUTATIO DUODECIMA.

De Vacuo.

1 Non sumimus in presenti vacuam in eo sensu, quo admittuntur Antiqui, nam de illa acceptione satis diximus disputatione...

QUESTIO PRIMA.

An deus, vel possit dari vacuum in natura.

Vacuam iam in praesentatione disputat, explicatum dari de facto parte rei, quam plurimam ex Antiquis tenentur...

dendum, animam posse informare plura perfectibilia adaequata, sed negatur, quod modo salvetur contradictio de anima informante...

Dicimus 1. de facto non reperiri vacuum in rerum natura, ita Doctor 3. d. 27. §. Iste rationes, etc. & 4. d. 29. quae. 13. Hi probatur 1. multis experimentis...

lanaria plus conservarentur separata, quam unita, cum quolibet contrariis praedicum; Tum quia, magis conservatur res in proprio...

1 In oppositum arguit 1. quibusdam experimentis, & casibus: Prima est de vino, cuius tanta quantitas recipitur in dolio sine vitibus...

& si vas vitreum esset, frangeretur, vel in parte debiliori, vel si esset aquale secundum omnes partes...

Secundo obicitur rationibus, Tum quia, si non esset vacuum, daretur corporum penetratio, tam in motu locali, quam tunc mobile reciperetur in plenum...

Respond. ad 1. negatur sequela, nam in motu locali plenum dicitur mobile, & recipitur vel in loco ejusdem mobilis...

7 Dicimus 2. Si univertum secundum naturam vires spectetur, possit naturaliter dari vacuum non vero ut subest divina determinationi...

Respondent, resistuntiam in corporibus, non datur vacuum, ab intrinseco provenire, neque ab aliqua finita virtute separari potest...

Secundo quod stante divino decreto non possit a quacumque creatura...

ra virtute causari vacuum, habetur à Doct. in 2. d. 2. quæstio 12. C. dicente, quod ordo præfixus à superiori agente videtur necessarius...

8 Tertio quod possit per potentiam divinam reperiri vacuum, do cent cum communiori ex Scotis Lich. quol. 11. Gad. & Tatar. ib. & 4. Phys. quod de vacuo §. Primo sciendum, Or. Canon. 4. Phys. q. 4. & expressè cum docet Doct. in 4. dist. 4. quod §. D. & E. ubi ait, quod si Deus in resurrectione ex corpore rariori faciat densius, & minus, potest non movere aërem circumstantem ad contingendam superficiem minoris corporis, quia hoc non est necesse, & potest relinquere naturam in suis viribus, quæ cum non possit causare motum localem instantaneum, erit ibi vacuum ad tempus, unde concludit; Non ergo vacuum esse in universo...

lem sine sua causa formali. Tum 2. vacuum est contra ordinem universi, ordo enim est representatio quadam divinæ bonitatis, & est à divina sapientia, quare vacuum erit quid inordinatum...

12 Sed contra illos, qui principium intrinsecum poliunt, arguitur primo, quod non sit gravitas, & levitas: tum quia motus ad replendum vacuum eo est velocior, quo velocius motus corpus relinquens spatium, & quandoque velocius aqua...

QUÆSTIO II.

À quo movetur corpus ad replendum vacuum, & an talis motus sit naturalis.

11 V Aris modis utitur natura ad evitandum vacuum, nam aliquando adhibet motum localem, ut cum gravissimum ascendit, quandoque utitur rarefactione aëris corporis, quæ corpus in ampliore molem redditur, quandoque magno impetu vasa...

14 Magis igitur placet sententia Amici citat. dicentis, in motu violento ad replendum vacuum duo intervenire, primum est conjunctio corporum universi adinvicem, nam quavis quolibet motus à quolibet separari, non tamen ab omni; secundum est motus ipse, quod vacuum repletur, quod colligat habetur ab Authore naturæ...

contiguum corpus propter quandam adhesionem, ut ajunt, quia habent corpora omnia inter se, & quæ ad modum glazinis unita adinvicem conservantur. Qui tandem utramque causam poliunt, ipsam dixere esse inclinationem illam in omnibus diffusam ad conservationem totius, & causam primæ conservationis, ut Tatar. quæstio de Vacuo §. Primo sciendum, Sampson. 4. Physic. quæst. 8. Complur. disputat. 20. quæstio 1. Ruvius hic quæstio 1. A. quæstio 27. sed. 8. qui etiam addit, & corpus motum, & motorem particularem. Et juxta hanc varietatem variè quoque ad 2. partem quæstionis respondent de naturalitate horum motuum, & se naturaliter simpliciter, aut saltem partim naturalem, ut scilicet naturas habent particulares, ita præferunt Tolet. 4. Physic. quæstio 10. A. veritas, & Fuentes citat. qui vero ab extrinseco ajunt omnino provenire, ferè omnes violentum ponunt, quod speciatim defendunt Lorca p. 2. tom. 2. disp. 4. §. Sed jure Or. & Valg. disp. 25. c. 4. & disp. 90. c. 4.

12 Sed contra illos, qui principium intrinsecum poliunt, arguitur primo, quod non sit gravitas, & levitas: tum quia motus ad replendum vacuum eo est velocior, quo velocius motus corpus relinquens spatium, & quandoque velocius aqua...

13 Quia ratione universaliter probatur etiam, nullum principium extrinsecum ex assignatis concurrere ad istum motum, maxime Deum, vel intelligentiam, quæ non determinata velocitate sit, non potest esse ab aliqua causa naturali, quæ est ad unum determinata. Tum quia nequit esse forma totius universi, nam nulla talis datur, quia mundus non est unum per se, sed unam unitatem ordinis, unde debetur ab Aristot. lib. de Mundo cap. 2. quod fit compago & Cælo, terræque consignmenta, atque ex his naturis, quæ inter ea continentur. Tum quia nequit esse influxus quædam celestis, quia quælibet corpus oblitit, ne moveatur, ut evenit in solibus, in quibus nequit fieri dilatatio oculo officio, non potest illa oblitentia à Cælo causari. Tum quia nequit corpus medium, quod rarefieri deberet, potest hunc motum efficiere, nam non videtur inter motum le tangentia aliquid mediare, maxime quando unum istorum est fluidum, vel ambo, ut sunt aer, & aqua in fistula. Nec tandem erit corpus motum propter adhesionem qualitatem, namque ita ad invicem adherent, non separantur, etiam aliud corpus subingeretur, quia qualitas illa est æque naturalis, & tamen videmus, corpora facillimè separari, si aer ingreditur potest. Accedit, quod in corporibus duris, & sicis non apparet illa qualitas, ex quibus apparet facilitatem hinc motum, ut in intrinsecum, quam extrinsecum hinc motum.

14 Magis igitur placet sententia Amici citat. dicentis, in motu violento ad replendum vacuum duo intervenire, primum est conjunctio corporum universi adinvicem, nam quavis quolibet motus à quolibet separari, non tamen ab omni; secundum est motus ipse, quod vacuum repletur, quod colligat habetur ab Authore naturæ...

tius movere partes universi, prout congruit, bene esse totius, scilicet conservando contiguitatem partium. Motus vero fit à movente corpus illud, in ejus locum aliud corpus violentior motum succedit, quia ut docet Scot. 4. dist. 4. quæstio 5. E. quod effectivè movet unum corpus localiter, effectivè quoque expellit aliud corpus, ergo à pari quod effectivè movet unum corpus, effectivè quoque movet quod libet aliud naturali vinculo conjunctum, ut patet in conglutinatis simul, ergo stante divina determinatione de colligatione universi, qui attrahit aërem è fistula, attrahit etiam aquam effectivè, & hinc est quod eadem resistentia tentatur, sive aqua moveatur sursum propter vacuum, sive propter aliam causam, & proportionata velocitate motiva virtutis movetur aqua, & si motoris virtus non est sufficiens ad elevandam aquam illam seculo vacui periculo, nec estiam illam attrahit propter vacuum. Quod etiam evenit in condensatione, quod enim est causa condensationis, & resistentia alicujus corporis ad minorem locum, est causa etiam, cur corpus ambiens moveatur ad superficiem condensati, sic quod est causa, cur ignis in cucurbitula extingatur, & aer generetur condensator, est etiam causa, cur caro intumescat, & reliquæ aer inclusus rare fiat, vel frangatur vas, quando hæc omnia non sufficiunt ad impediendum vacuum.

15 Dices, docet Scotus in 4. citat. & quol. 11. artic. 2. quod si Deus in instanti condensaret aliquod corpus, vel illud annihilaret, & nihil circa latera continens efficeret, quod tunc daretur vacuum ad tempus, quia non posset natura in instanti accedere per motum localem ad repletionem vacui, ergo per Scot. datur vis aliqua infinita rebus impeditiva vacui. Respond. quod Scotus jam se declaravit in 3. citat. talem vim non dari, quæ rebus tantam intellectus Deum ipsam, ut Authorem naturæ, in illis enim infinitis Deus ut Authorem naturæ debet movere corpus ambiens ad superficiem condensati, vel ad aliam superficiem continentis, sicut ipse est, qui condensat, vel annihilat corpus medium, & quia motus localis includens totam realitatem nequit fieri in instanti, ideo in tempore esset, & consequenter daretur vacuum ad tempus; vocavit autem ipsam naturam, ut eundem Deum, quatenus Authorem naturæ, à se ipso, ut Authorem se supernaturalis, distinguere, quomodo se gereret in illa instantanea condensatione, vel annihilatione. Vel dicendum, quod ibi parum curavit hoc ex propria sententia explicare, sufficiebat enim ipsi loqui secundum communem. Dices iterum, motum corporis ascendens ad impediendum vacuum provenire à corpore succedente, & impellente ipsum. Et ratio est, quia non potest unum corpus à loco recedere, & quin expellat aliud corpus, & hoc aliud. Respond. tam corpus recedens à proprio loco, quam illi succedens ad impediendum vacuum, moveri ab agente movente primum corpus, quod movetur, quando incipit motus, quod feret vacuum, nisi succederet corpus ascendens, ut verb. grat. attrahens aërem è fistula, qui est corpus recedens, attrahit quoque aquam, quæ est corpus succedens, neque in isto casu, dum grave ascendit contra propriam inclinationem ad impediendum vacuum, corpus succedens ex se impellit recedens à proprio loco, sed idem motor, qui corpus primum à suo loco extrahit, consequenter etiam aliud corpus illi priori contiguum movet ad ascendum, quod enim effectivè movet divina virtus, etiam & aliud movet illi conjunctum naturali vinculo, ut ait Doct. 4. dist. 4. quæstio 6. E. quod quidem vinculum in casu nostro est corpus contiguitatis, & colligatio à Deo determinata: imò si diceremus corpus succedens aliud impellere, cui succedit, hoc esse non posset virtute innata, quia grave ex se non habet virtutem sursum impellendam, sed deorsum, unde dicendum esset, talem virtutem ei fuisse communicatam à motore corpus sibi proximum à proprio loco dimovente.

Sed rursus instabis, quia si esset talis colligatio inter corpus, ex ea non potius viri debere, quod corpus recedens trahere, cebeat post se corpus sublequens, quam corpus sublequens detinere corpus recedens, & si talis colligatio esset ex sola ordinatione divina, sicut illa colligatio tribuitur Deo, ita etiam & motus factus ad replendum vacuum Deo immediate tribui deberet, non autem motori corporis recedentis, nisi per modum conditionis sine qua non, quatenus si ipsum non moveret corpus recedens, nec Deus moveret corpus sublequens. Respond. naturam semper faciliorem uti mediis ad impediendum vacuum, facilius autem in præfato casu evitatur vacuum per attractionem aquæ in fistulam sursum, quam per detentionem aëris in fistula, quia facile assignatur cause efficiens talis attractionis, non ita detentionis aëris, nisi ad Deum recurratur immediate detinentem corpora colligata, quod non bene diceretur, quia ad Deum in effectibus naturalibus non est recurrendum, nisi ubi deficient alie cause naturales, quæ in proposito non debent, tum quia nullus est si fieri potest, servare corporum colligationem sine modo causæ secundas motus suos agere, quam eos impediendo, impeditur autem ad hoc cause secundas, si ex fistula aquæ immerfa ex parte inferiori aërem attrahere non possent. Ad aliud etiam negare consequentia, quævis enim colligatio corporum ex decreto divino pendat immediate, non propterea motus corporis succedentis verb. grat. aquæ in locum aëris debet Deo immediate tribui, sed motori corporis recedentis bene tribuitur supposita tali colligatione à Deo determinata, & natura...

connaturalis est, quod agens movens effectivè unum corpus, & aliud quoque naturali vinculo ei conjunctum moveat consequenter.

Ex ista doctrina colligitur solutio alterius partis questionis, scilicet quod motus iste, respectu corporis particularis est, totaliter violentus, nullo modo naturalis; ita docet Aristot. 4. Caeli 39. ubi habet, quod aqua sursum ad replendum vacuum vi movetur, & trahone, qui est motus violentus ex 7. Phys. 10. idem etiam docet Doct. in 3. super citat. & in 4. distind. 49. quæst. 13. H. ratio huius est, quia, ut habet Doct. in 3. citat. aqua ad motum sursum nulla præbet inclinationem, est propter vacuum ferret, ergo nullo modo est naturalis ipsi. Antecedens patet ex dictis; unde non rectè Fuentes asserit, aquam ut partem universi naturaliter sursum moveri, quia neque ut pars universi, aut Doct. habet aliquam inclinationem ad illum motum, ut etiam ostendimus. Neque hoc docet Scotus in 4. cit. sed solum quod si motus aquæ sursum comparatur universo, dicitur naturalis, quia consentaneus perfectioni universi: Addit insuper, quod simpliciter loquendo, motus ille dicitur naturalis, & secundum quod violentus; quia natura totius universi, cui motus ille est conformis, est magis principium naturalitatis, quam natura particularis, ut est aquæ natura, cui motus ille opponitur; ex qua doctrina nequit deduci, quod motus ille respectu aquæ, ut est pars universi, sit magis naturalis, quam motus deorsum, ut est factus Fuentes, non enim Doct. comparat motum sursum propter vacuum ad aquam secundum se, & ut mundi pars, sed ad aquam, & ad universum; ut patet legenti, præcipue in 3. cit. & opinio Fuentes docetur à Thomistis, non à Scoto.

QUESTIO III.

De motu in Vacuo.

16 Duo possent quaeri in hac questione, primum, an si daretur vacuum, posset in eo fieri motus aliquis; secundum, admissio, quod efficiatur motus, an talis motus in instanti fieret, an in tempore, & successivè. Quoad primum negat Averr. 4. Phys. trich. 2. cap. 7. Egid. Burl. Jand. Sano libem Venet. in summ. Phys. cap. 22. Valde contrarij. 26. Phys. Perer. lib. 11. c. 12. Gregor. 2. dist. 6. quæst. 3. art. 2. & alii cum Averr. 4. Physic. comm. 71. & hoc vel universitatem omnem motum, vel aliquem; nam Averr. admittit motum projectionem in vacuo; Masius disp. de Vacuo quæst. 2. & Complut. disputat. 2. quæst. 3. admittunt motum à Deo, vel ab Angelo causatum, non tamen ab his sublimitaribus, eo quia omnes isti motus à motu Cæli essentialiter dependent, dummodo tamen Deus influxum cælestem non suppleret; Averr. quæst. 17. sect. 9. omnem motum admittit præter naturalem gravium, & levium; quia in vacuo non adfuit differentia loci naturalis sursum, & deorsum; Alii excipiunt motum volutatum, & progressivum, si terra non esset propter carentiam substantiantis, Communis tamen, tam veterum, quam recentiorum universitatis opinio admittunt in vacuo terminatum, licet in spatio interminato regens motum naturalem gravium, & levium; ita Doct. 2. distind. 2. quæst. 9. ad 4. Quoad secundum, data hypothese, quod res aliqua in vacuo moveretur, dicunt aliqui motum in instanti subsistit debere, non in tempore, ex quo ab initio postea deducunt impossibilitatem motus in vacuo, ita Averr. Burl. Egid. Jand. Venet. & Perer. citat. Sed vulgata est apud omnes opposita opinio cum Doct. citat. motum illum in tempore fore causandum; licet Canon 4. Physicor. quæstion. 4. & Sampson. quæstion. 9. utramque opinionem problematice defendant.

ARTICULUS I.

Possibilitas motus in Vacuo comprobatur.

17 Dicitur, non repugnat motum fieri in vacuo, est Scoti citat. & prob. primo universitatis, ubi datur movens, mobile, & extrema, quorum unum mobile potest de novo acquirere relinquendo aliud, ubi potest esse motus, ut patet; in vacuo, si daretur, posset esse tam movens, quam mobile cum carentia alicujus forme; neque carentia mediæ in omnibus impeditur, ergo verè daretur ibi motus.

Secundò probat. descendendo ad motum in particulari, nam si loquamur de Deo, patet, quod posset in vacuo aliquo mobile moveri; Angelus posset seipsum, & aliud mobile localiter movere, quia mediopleno nullo modo dependet; si enim aliquid repugnaret, esset, quod motus ille instantaneus foret, quod implicat; sed iam artic. seq. ostendimus, successivè fieri. Posset etiam agens sublimare propriis viribus motus suos efficere, non enim in agenda Cælesti motu essentialiter dependet, ut ibi cessante, cessaret motus proprius agens; nam ut docet Doct. 2. distind. 2. quæ. 11. & 4. distind. 48. quæst. 102. & distind. 49. quæst. 14. M. ex Aug. 11. Confess. sicut Cælo ad hoc rota humiliter moveretur, & tempore solue cum solis obediens Deo voci signum, adhuc caule sublimare proprias actiones exercebant; quod sensus probamus in lib. de Cælo: hinc si aliquod vivens sufficienter haberet alimentum applicatum, & respiratio non impediret, posset nutrire, & augeri, immo generare, si materia feminis esset in loca proportionato; nec fo-

lum, si esset homo, posset intelligere, verum etiam sensationes tactus, & gustus exercere, si sensibilia haberet approximata, istæ operationes non dependent à medio pleno; non posset tamen videre, ut notat Doct. 2. distind. 9. quæst. 2. C. quia ad visionem requiritur species visibilis in medio ab objecto producta, cum sit accidens, at in vacuo nullum esset subiectum, in quo talis species reciperetur, ea enim ratione idem de auditu dicitur, & de olfactu, nisi ut ait Sampson, apponeretur corpori odorifero aliquid reflexivum in similibus evaporationem, quæ ad olfactum deferretur, quod non implicat, quia simul illa evaporatio, cum sit substantia, non pendet à medio pleno; similiter si ignis conquisit esset stuppa, illam combureret, at si aliquis generis distilleris, minime illam destrueret; Ratio est, quia effluens super se agere immèdiatè in distans, attamen alteratio, quæ est effectio necessarii prævia generationi, dependet à medio; nec potest immèdiatè fieri in distans juxta dicta disputat. 7. quæst. 4. art. 3. modo non posset ignis medium illud alterare, cum plenum non foret.

18 De motu locali seu latiosis idem ostenditur, nam in primis posset in vacuo fieri motus projectionem, si talis fieret per impetum impressum, ut dicitur in lib. de Cælo, medium enim plenum potest impedire, quæ causaret motum. Deinde in vacuo interminato posset à Angelis fieri motus, si esset, se movere, ut non ambiret Empyreum, sed immèdiatè à spatio inani circumdaretur, si illi aliqua virga ferrea esset affixa, posset, immèdiatè ad motum sphaera moveri, & tamen in vacuo moveretur, quod dicitur quod effluens, si inferiores sphaera destrueretur à Deo, tunc tunc ultima sphaera circulariter in vacuo moveretur. De motu naturali gravium, & levium aliter est dicendum, nam si gravia, & levia idè ad propria loca sursum, & deorsum moverentur, quia peccant dumtaxat esse gravia sub levibus, & levia supra gravia, quod inuimus disputat. præced. & videtur à Scoto doceri 2. distind. 2. quæst. 6. H. & non quia determinatum situm possunt in universo, sic rectè ait Averr. nullo modo naturaliter moveri tam in vacuo terminato, quam interminato, quia in soliloquium esse assignabilis locus naturalis sursum, & deorsum, & eodem modo se haberent hic & ibi, quia nullum corpus conquisit habere, à quo possent determinari, in quam partem debant moveri, & extrema distantiæ nil faciunt, aliter si aqua esset supra aliquod grave, sub quo aer periretur, ut est modum supra terram, in quibus convaytatibus plurimum aeris detinetur, non naturaliter quiesceret, quia extrinsecum remotum levius subter haberet, quod est falsum; quare naturalitas loci penes corpus proximum, & circumstantis debet attendi, & cum in vacuo terminato nullum esset tale corpus, eodem modo se haberet grave, ac in spatio interminato. Si verò ad rationem loci naturalis non tantum corpus continens attendatur, verum etiam situs universi, ut videtur innuere Doct. citat. quæst. 10. B. dum ait, Si nullum grave esset in centro, sed tota terra amota ab eo, remaneret centro sub sola ratione centri ut prius, adhuc grave naturaliter tenderet, ad certum, tunc dicitur esset, gravia, & levia, quæ in spatio interminato non possent naturaliter moveri, quia non essent assignabiles illæ locorum positiones sursum, & deorsum, at tamen in vacuo terminato intra unum sursum naturaliter moveri ad propria loca, quia verè daretur adhuc sursum, & deorsum; quod dicitur determinatè sit de hoc afferendum pertinet ad lib. de Cælo distind. 3. ubi de elementorum loco, & positione agimus. Tandem de motu progressivo animalium, supposito, quod respiratio non impediat, ut erunt corpora Beatorum, post iudicium si essent in vacuo interminato, clarum est, quod possent moveri motu progressivo, cum virtutem habeant motivam, & nihil impedit, at si essent in vacuo terminato, & gravia, ac levia ad propria loca tenderent, non solum ut sub levibus, vel supra gravia sunt, verum etiam ratione situs universi, tunc non posset moveri sine sustentatione sub pedibus, unde volutus avium non posset confici, at si ad situm non tenderent, sed tantum ad superficiem corporis continentis & conservantis, sicut tunc ut gravia deorsum non tenderent, nec sustentante indigerent, posset moveri motu progressivo, & volatu, ac si essent in spatio inani interminato, eodem enim utrobique est ratio, Specialiter tamen est ad vertendum contra Averr. Amicum, & alios concedentes motum progressivum in vacuo, sed negantes, lapidem testu aniaz vacuum conjunctum deorsum posse moveri propter naturalem sympathiam, quia omnia corpora appetunt murio sibi adherere, sicut hoc est verum, non possent animalia terra pedem elevare, vel si talem resistentiam naturalem sympathiæ propria virtute motiva vincere posset; idem de lapide dicendum, quia innatum vim motivam possidet.

19 In oppositum arguit; Tum quia non posset mobile ad unam partem moveri, quia non esset major ratio, cur potius ad hanc partem tenderet, quam ad illam, & ad omnes simul tenderet non potest, quare naturaliter non posset moveri, nec violentè, quia à motu naturali motu, removeretur quoque violentè. Tum secundo, quia hoc esset, naturaliter posset dari vacuum, quia spatium illud a mobili occupatum fieret inane per motum, atque ita naturaliter mobile vacuum causaret. Tum tertio, quia omnis motus sublimaris pendet à cælesti motu, & influxu ex 8. Physic. 56. & 12. Met. 38. sed in vacuo non posset transmitti in fluxum, cum nullum sit medium plenum, ergo &c. Tum quarto, quia motus localis non potest esse sine loco, nec locus sine superficie, in vacuo nulla est superficies, ergo &c. nec sufficit quod ait Faber theor. 46. ad 7. ad motum localem sufficere, quod datur corpus unum,

ARTICULUS II.

Successus motus in vacuo demonstratur.

unum, quod sit terminus à quo, & aliud, quod sit terminus ad quem, licet medium sit vacuum; quia sic admittitur in vacuo interminato, & in medio vacui terminati non fieri posse motum, quia nullus terminus tunc acquireretur, Nec eadem ratione sufficit, quod ait Masius hic quæst. 2. & sequuntur multi Scotistæ, ac Thomistæ acquiri variam distantiam ad centrum, polos, & alias partes mundi præcipuas, quæ essent latera vacui; quia præsertim quod adhuc remanet difficultas de vacuo interminato, relatio distantie, & propinquitatis est intrinsecus adveniens, ut patet ex dictis disputatio. præced. quæst. 3. & colligitur ex Scot. 4. distind. 10. quæst. 2. R. nam postea extremis hic, vel ibi, necessarii inter ea resulat tanta distantia, vel propinquitas, quia hujusmodi relationes non immèdiatè fundantur supra res, sed supra ubicationes illarum, quæ determinatæ sunt ad fundandum tantam distantiam, vel propinquitatem, ut ait Doct. citat. relatio autem intrinsecus adveniens nequit motum terminare. Nec minus sufficit responso Complut. disp. 20. quæstion. 3. quod tunc ambiretur à loco communi scilicet Cælo, itaque foret Ubi, quod tunc acquireretur; nam præterquam quod nec ipsi evitant difficultatem de vacuo interminato, respectum, quem mobile acquirunt in ordine ad Cælum, nam appellat ubi locale, quia ubi est in medio, circumscriptio locali à loco, & respectus, qui acquirunt ad varias Cæli partes, vel propinquitatis, vel distantie, non autem localis præsentie; & cum Cælum sit locus communis omnium, tunc omnes motus locales, sive sursum, sive deorsum essent ejusdem speciei, imò non esset distinguere in eis locum, qui sit terminus à quo, à loco, qui sit terminus ad quem.

20 Respond. ad primum ex dictis in probatione Conclusivo sensu concedi debet motus naturalis gravium, & levium in vacuo, non sequitur autem, quod si naturaliter non moverentur, neque motu projectionis moveri possit, quia licet iste non esset violentus, quia non daretur naturalis motus, verè tamen ab extrinsecis, si neutraliter posset moveri, verè tamen daretur sequela, nam est mobile illam partem vacuum redderet, ut tamen referri debet ad potentiam divinam, quæ vacuum illud efficit. Ad tertium conceditur totum à P. Fabro; sed non videtur hoc Scotice dictum, ut apparet ex probatione Conclusivum igitur cum Doct. 4. distind. 49. quæst. 13. G. motum Cæli non esse primum primatè causalitatis respectu motum sublimarium, sed principalitatis, & uniformitatis, & in tantum adesse quædam dependantia, in quantum adducit generans; Similiter neque omnia ab influxu cælesti necessario dependant, ut saltem ab illo præsciendone, non possint causæ sublimares aliquas operationes exercere, quævis dependant quoad conservationem, ut sensus suo loco. Ad quartum jam supra dictum esse disp. præced. quæst. 3. art. 2. & quæst. 47. art. 1. motum localem non posse fieri, nisi in pleno, in quo solum reperitur Ubi locale, quod attenditur penes superficies realem ambientem, tamen motus latiosis secundum totam suam realitatem tam fieri potest in pleno, quam in vacuo, quia per se terminus ejus est Ubi præsentiale, Ubi verò locale tantum per accidens, quatenus accidit motum latiosis fieri in pleno; itaque terminus motus in vacuo facti esset Ubi præsentiale, quod non eodem modo explicatur ab omnibus, nam Recentiores attendunt illud penes determinatas partes spatii, putantes, spatium per positionem corporis non tolli, ut patet ex disputat. præced. quæst. 1. art. 1. illudque putant esse idemque terminum motus latiosis, qui est positivus, & realis, quia inquantum præfere formam absolutam, cum respectu tamen transcendentali ad spatium, non ita eum commode possunt hanc adhibere responsum, qui istud Ubi præsentiale ponunt esse merum respectum prædicamentalem, quia licet dici posset respectus realis, non tamen positivus, atque ita non videtur sufficiens, & proportionatus terminus motus realis, & positivus, qualis est motus latiosis, posset tamen adhuc ibi subsistere dicendo, non quælibet motus latiosis esse positivum, sed illum tantum, qui sit in pleno, eum verò, qui sit in vacuo, esse motum realem negativum, qualis est corruptio. Sed tamen neque hæc responso sufficit, tum quia in corruptione saltem terminus à quo realis, & positivus, sed in proposito uterque est negativus, tum quia est hæc responso præcederet de motu Angelis, qui spatio coexistit, non tamen in motu temporis, quod spatio non coexistere præced. disputat. ostensum est; nisi diceretur, Ubi præsentiale tunc defumit penes spatium immèdiatè corpus illud circumflans. In eadem recidunt angustias, qui in isto motu per termino à quo assignant negationem unius loci realis, & per termino ad quem negationem alterius loci realis, & adhuc pejus alii, loquuntur Bonet. lib. 5. suæ Physicæ, ubi non reputat absurdum concedere motum localem sine novo Ubi. Quare præstat respondere juxta superius dicta, Ubi præsentiale, quod est per se terminus motus latiosis, attendi debere penes determinatas partes virtuales divine sustentantis per totum illud spatium diffusæ, quatenus in toto motu illi toti coexistere, sed tum totaliter, qui respectus, cum sit verus, realis, & positivus, & à mobili realiter distinctus, quia modo coexistit Deo hic, modo ibi in eo spatio sufficienter terminare potest motum realem, & positivum.

21 Dicitur, motum in vacuo successivè, non instantaneè fieri; ita Doct. quod probat, quia successio in motu provenit ex resistentia alicujus, vacuo datur hujusmodi resistentia, ergo successivè fieret ille motus. Major patet, prob. minor, quia licet resistentia proveniens ex raritate, vel densitate mediæ, quæ à Scot. accidentalitatis dicitur, quia potest à motu separari, non esset in vacuo, reperiretur tamen resistentia essentialis, quatenus spatium illud & distantia terminorum saltem privativa nequit simul pertranstrari, sed prius secundum unam partem, quam secundum aliam; nec movens est tantæ virtutis, cum sit finitum, & limitatum, ut possit terminum statim indugere. Tum quia motus circularis Cæli successivè fit; quamvis nulla sit resistentia ex parte mediæ, sed solum quia adesse essentialis resistentia ex parte termini, & mobilis respectu moventis, quod non potest statim ultimatum terminum ad quem inducere; & si ultimæ sphaeræ alicujus virga ferrea esset affixa, successivè moveretur in vacuo ad motum ipsæ ferrea. Tum quia Angelus successivè descendit à Cælo ad terram, cui tamen nullum medium quoad densitatem, vel raritatem resistit. Tum quia ut ait Canon, si esset columna alicujus in vacuo, & duo lapides simul descenderent juxta illam, unus tamen à summitate, alter à medio, non possent simul in instanti descendere, sed qui est a medio prius alio, quia quando ille à summo descendens est in medio, vel lapis hic exiens esset jam motus, vel non; si secundum, ergo non simul inciperent moveri; si primum, ergo unus prius alio, ergo successivè. Tum quia vel simul lapis ille esset in tota columna, ita ut omnia Ubi intermedia haberet in instanti nature prioris, & hoc est falsum, quia naturaliter nequit fieri motus localis includens totam realitatem in instanti, imò nec de potentia Dei, ut dicitur dispartat. 15. quæst. 6. artic. 5. & etiam quia lapis naturaliter esset in pluribus locis, ac quantitati majori commensuratur, imò simul commensuratur quantitati majori, & minori, nam si lapis esset palmaris, jam si in instanti esset in tota columna, esset illi commensuratus, & etiam semipalmis ejusdem columnæ, quia valeret dicere, in hoc instanti lapis palmaris est in hoc semipalmis columnæ, & per consequens illi commensuratur, & æquatur, aliter si prius secundum unam partem, quam secundum aliam pertranstraret lapis semipalmis columnæ, non instanti, sed in tempore percurreret. Videtur dicitur, quod lapides illi non percurrunt totam columnam, sed in instanti sunt in fine columnæ, & ultimo Ubi præsentis, ut videtur docere Sampson. citat. ex Burl. & hoc est falsum, quia neque Angeli possunt se taliter movere ab extremo ad extremum non transeundo medium, cuius ratio assignatur à Scoto 2. dist. 2. quæst. 12. quia ordo præfixus à superiori agente videtur necessarius cuiuscumque agentis inferiori, quando habet adiectionem præcisè circa talia ordinata, modo Deus determinavit ordinem partium principalium universi cuiuslibet agentis creato, ergo neque agens creatum cuiuscumque Ubi immèdiatè prærens se face re. Tandem ut notat Averr. medium, quando est subtilissimum, ut aer, potius adjuvat motum naturalem, quam retardat, vel saltem plus adjuvat, quam retardat, nam aer propter sui magnam raritatem parum resistit, & consequens parum retardat, ac accurrendo à tergo lapidi ad persequendum spatium lapidis, impellit illum, intenditque motum, unde valde velox in fine est naturalis motus, ergo medium plenum hoc modo si non plus adjuvat motum lapidis deorsum, quam retardat, saltem compenlat utrumque, & tamen successivè fit, ergo medium non est totalis causa, & præcisè successiosis in motu.

22 In contrarium obiicitur; Tum quia Aristot. 4. Phys. l. text. 65. demonstrat, vacuum destrueretur motum, quia necessarii deberet in instanti fieri. Tum secundo ex eodem, qualis est proportio mediæ ad medium subtilitatis, & densitate, eadem est proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, & temporis ad tempus, quia idè mobile velocius, aut tardius moveretur, quia magis, vel minus vincit resistentiam mediæ, sed vacui ad plenum nulla est proportio in subtilitate, & densitate, ergo nec motus ad motum in velocitate, & tarditate, nec temporis ad tempus horum temporum, quod tamen deberet esse si motus in vacuo fieret in tempore, nam tempore semper cum tempore habet proportionem. Tum tandem quia multa sequerentur absurda. Primum, quod motus factus in pleno posset esse æqualis motui facti in vacuo, quia fit aliquod plenum subtile in tanta proportione, quod excedat aliud plenum subtile tantum, quantum tempus motus facti in vacuo excedit tempus motus facti in pleno illo, tunc si fiat motus in hoc pleno subtiliori, erit æqualis motui facti in vacuo. Secundum, quod in pleno fieret motus minori tempore, & velocius quam in vacuo, nam si motus in vacuo duraret per quadrante horam, & in plano per horam, si Deus aliud plenum subtilius ut quinque produceret, motus in isto fieret velocius, quam in quadrante. Tertium, quod vacui ad plenum esset aliqua proportio, nam quæ proportio est motus ad motum, eadem est temporis ad tempus, & spatii ad spatium, ergo si motus in vacuo esset successivus, jam esset proportio inter motum in pleno, & in vacuo, & in-

& inter tempora utriusque inter spatium plenum, & vacuum, quod est falsum, quia vacuum est non ens, & infinite excelsior a pleno. Quartum, duo corpora, quorum unum esse gravius, alterum minus grave, posse aequali tempore quodcumque spatium, tum percurrere, quia ratio, cur gravius velocius descendit, est, quia facilius fecit medium, & in vacuo nullum est medium. Quintum, quod corpus simplex naturalius, & velocius moveretur in vacuo, quam in pleno, in quo majorem reperit resistenciam, contra Arist. 3. Caeli 28. ubi habet, naturam uti medio tamquam instrumentum ad faciendum motum naturalem, & violentum, & motum naturalem iuvare a medio. Sextum, quia nunc de facto nunquam corpus simplex moveretur pure naturaliter, neque tanta velocitate, quanta aptum est moveri, & sic sua potentia frustraretur. Probat, quia de facto dumtaxat per plenum movetur, quod aliquantum resistit, & retinetur motum. Septimum, quod figura quadrata, & pyramidalis aequè velocius moverentur.

23. Respondeo primum, valde laborare Doctores de Arist. sensu, cum motum in vacuo negavit; conveniunt in hoc, quod loquatur ad hominem contra Antiquos, qui vacuum admittentem propter motum localem ex una parte, ex alia deinde asserant, omnem successione ex resistentia medii pleni provenire, contra quos rectè arguit Arist. quod motus in vacuo in instanti ferret; sed in hac qu. circa sententiam Arist. idem contingit, quod in illa alia de motu indivisibilis, quem negavit, sed non rationibus firmis demonstravit, ut dicemus disp. 15. quaest. 8. art. 1. quare rationes ponderemus. Ad secundum, inter vacuum, & plenum non datur proportio quoad subtilitatem, & densitatem, quae sunt causa successione accidentalitatis, at est proportio quoad distantiam extremorum, & impotentiam agentis; quae causant successione essentialitatis, quae ratione temporis horum motuum possent proportionari. Ad tertium negantur illa absurda, & ad primum dicimus per idem, quod possent illi motus æquari, quoad successione essentialitatis ex parte spatii, & distantiae, ac impotentiae agentis, non in successione accidentalitatis; Ad secundum concedimus posse minori tempore absolvi motum in pleno, quam in vacuo, quoad successione essentialitatis, puta si varietur spatium, & distantia, aut virtus motiva, ac ceteris paribus semper velocior esset motus in vacuo, quam in pleno; quia maior subtilitas minuit tempus correspondens successioni accidentalitatis, non essentialitatis, hoc enim semper adest. Ad tertium patet ex dictis, dari scilicet proportionem non in entitate, sed in distantia extremorum, quae in pleno esset positiva, in vacuo negativa ex Scoto quod. 11. art. 2. tantum enim pariter alicuius aulis inter se distarent, si esset vacuum, quantum si esset medium plenum inter illos. Ad 4. neg. sequela cum probatione, quia illa non est præcipua, & præcipua ratio, cur gravius velocius descendat corpore minus gravi, sed hoc est, quia habet majorem virtutem motivam deorsum pellentem, quam adhuc retineret in vacuo, an autem verum sit, ut communiter tenetur gravius descendere citius minus gravi, tractamus ex professo disp. 3. de Caelo a. 52. Ad 5. quoad successione essentialitatis mobile utrobique aequè velocius moveretur, at quoad accidentalitatis, si medium plus resistit, quam adjuvat tardius sit, si minus resistit, & plus adjuvat, sit velocius; si aequè resistit, & adjuvat, tunc fieret in tempore æquali, neque hoc est absurdum, quia cetera non sunt paria, nam in vacuo esset solum virtus motiva mobilis, in pleno adjuvatur a medio, & sic ab extrinseco augetur virtus, & hoc vult asserere Arist. tum quia loquebatur naturaliter, quia si

medium non esset, latera extrema unirentur, & sic nullus posset fieri motus, quare medium ex hoc capite est necessarium; neque majore velocitate est de ratione naturalitatis motus, ut in argumentum supponitur, sed in lapidi descendenti non est magis naturalis descensus per aërem, quam per aquam, ubi ex majori densitate corporis magis retardatur, sed de ratione naturalitatis motus est, ut mobile quam breviori potest via in suum naturalem locum tendat. Ad 6. patet per idem, quia velocitas non est de ratione naturalitatis motus, sequitur solum in vacuo grave uniformiter moveri, tam in principio, quam in medio, & fine, quia nullum esset medium impellens; si verum est, de quibus in lib. de Caelo disp. 3. qu. 3. ut communiter putantur, motum naturalem velocitatis in fine a medio accurrenre a tergo, non per hoc tamen frustrarentur sua potentia, quia motus hic semper cum tanta velocitate, quantum petit successio essentialitatis, & eius motiva virtus. Ad 7. concedimus totum, quia figurae illae faciunt ad successione accidentalitatis.

24. Secundò, in vacuo nulla est resistentia, ergo nulla successio in motu; Antecedens probat, non est resistentia ex parte medii, ut patet; neque ex parte distantiae, seu spatii inter terminos a quo, & ad quem; tum quia haec distantia nihil est, ergo nequit successione realem causare; tum quia in illuminatione haec distantia non impedit, quia in instanti fiat; Neque ex parte agentis datur resistentia, in qua si contrarium non adest, agit ex se in instanti, ut patet in illuminatione. Tum 2. quia agens sibi ipsi non repugnat, vel resistit, ergo nequit attendi resistentia actionis agentis ex parte ipsius agentis; Tum 3. quia agens, quantum est ex se, vellet terminum statim inducere; Tum quarto, quia si limitatio virtutis agentis esset causa aliquo modo successione, iam gravius non velocius descenderet minus gravi, quia licet habeat majorem virtutem, atram quia haec major virtus solum asserit limitationem, haberet quoque majorem limitationem, & sic omnia essent paria.

Respondeo adesse resistentiam ex parte distantiae. Ad primam impugnationem dicimus, distantiam privatam non causare effectivè motum realem, & positivè, sed quasi formaliter, quatenus nequit mobile simul habere distantiam illam, a qua exceditur. Ad secundum dicimus ex Scot. 2. distinct. 2. quaest. 12. ad secundum, posse fieri alterationem in instanti, quia tota forma in ordine ad agens, & spatium se habent ut indivisibilia, non enim repugnant cum potentia agentis, ut simul esse nequeant, ut est lamen, at tota distantia, cum sit divisibilis, & mobile, cum sit divisibile, resistunt potentiae genti, quod non possit tota illa distantia acquiri simul, sed divisibiliter, & quod magis est, resistit etiam potentiae divinae, quae resistentia non est aliud, quam implicancia. Adest etiam resistentia ex parte agentis, quia est limitatio potentiae; & ad primam impugnationem dicimus, verum esse, si terminus potest indivisibiliter acquiri, non sic est distantia spatii. Ad secundam, non resistit positivè, & contrariè, sed negativè, quatenus majorem virtutem non habet. Ad tertiam, appetitum illum, si datur, esse conditionalem, si posset fieri. Ad quartam, neg. sequela cum probatione, maior enim virtus auferit limitationem potentiae; quia intenditur potentia, & licet quilibet gradus ex se sit determinatus, & limitatus, attamen uniti non habent eandem limitationem, quia sic auditio secundum intentionem, non secundum extensionem, & solum limitati intelliguntur quoad perfectionem, quam ulterius non habent; videatur Contem. junior. tom. 1. quaest. Perip. qu. 13. ubi hanc tenetur sententiam, velut Aristotelicam.

DISPUTATIO DECIMATERTIA,

De Duratione rerum.

Occasione motus non solum Philosophus egit de loco, sed quia localis motus ad locum, ut ad terminum tendit, verum est de tempore, quod est ipsius motus mensura, & duratio: attamen quia durare non solum motui convenit, verum etiam aliis rebus naturalibus, idcirco non solum de tempore, verum de aliis quoque durationibus praestat agere, eo vel maxime, quod nostra Philosophia, ut saepe dictum est, ad Theologiam est ordinata; primo igitur agemus de duratione in communi, deinde de speciebus ipsius, quae communiter tres solent assignari, scilicet, Aeternitas, Aevum, & Tempus, & quomodo multis aliis sint speciei, ad istas tamen possunt reduci, ipsas postea alias subdividendo; nomine ergo durationis, si quibus vocabuli attendamus, intelligitur id, quo res est, & persistit in verum natura, & proprie dicitur quaedam permanentiam in esse, & perseverantiam in eodem statu: unde Virgilius, Durate, & vosmet rebus servate secundis, at si latius sumatur, dicitur habitationem quamcumque alicujus esse etiam instantaneam, quae duratio duplex esse potest, imaginaria, quae concipitur a nobis ad modum cuiusdam morae successivè durationibus realibus coexistentis, & realis, quae res verè durare a parte rei dicitur; disputatio de secunda, non de prima instituitur.

QUESTIO I.

Quid formaliter dicat Duratio.

Prima opinio asserit, durationem supra existentiam rei formaliter addere rationem mensurae; ita multi ex Thomisticis, quos sequuntur ex nostratibus Canon. 4. Phys. qu. 5. dub. 3. & qu. 8. art. 2. Ant. And. 5. Met. qu. 11. & quia mensura est duplex, activa, quae est quantitas intellectui nota, per quam de alia ignota certificatur intellectus, & passiva, quae dicit appetudinem, & mensurabilitatem rei, ut possit per notioem quantitatem ab intellectu dignosci, ut sicut licemus 9. 4. art. 2. hinc dicitur inter se, nam aliquid dicitur rationem mensurae activè formaliter importari a duratione, alii rationem mensurae passivè, & alii utramque.

Secunda sententia docet, durationem aliquid superaddere existentiae ex natura rei ab ea distinctum, vel ut rem à re, quod videtur asserere Complut. de duratione creata disp. 21. Phys. quæst. 3. quod ponit accidens reale, vel potius, ut modum re, cuius est modus, quia inquantur, durationem esse modum existentiae positivè; quo formaliter res in existentia perseverat; ita Rav. 4. Phys. tr. 1. de Tempore qu. 4. Conimb. c. 12. qu. 2. & 9. Murcia disp. 3. qu. 3. & probabilem putat Amic. tr. 22. dub. 2. art. 3.

Tertia, quae communis est apud Scotistas, ut est videre apud Vulpes 1. p. disp. 17. Smilinch. tr. 4. disp. 4. quaest. 1. docet durationem formaliter addere negationem definitionis, tunc enim res permanere concipitur, cum ejus esse non destructum intelligitur, & quia si solum per illans existeret, verò in eo instanti destructa non esset, id dicitur consequenter rem in illo instanti verè, & proprie durare.

Quarta, est Suar. disp. 50. Met. sect. 12. dicens, durationem formaliter dicere respectum quandam permanentiae ad esse ipsius rei durantis, ut patet, qui respectus cum non sit in re per instanti existente, idem non verè, nec proprie tunc durare dicenda est.

Pro resolutione quaest. sciendum est, existentiam productioni correspondere, velut effectum ejus, & durationem conservacioni, ut esse sicut res in primo instanti dicitur creata, vel producta, & in tempore sequenti conservata, ita in primo instanti dicitur existere, & in sequenti tempore durare, quia duratio aliud non est, quam existentia rei continuata, & conservata; ob hanc igitur correspondentiam existentiae ad productionem, & durationis ad conservacionem eodem modo philosophari debemus de duratione in ordine ad existentiam, sicut philosophati sumus disp. 7. qu. 3. art. 2. de Conservacione in ordine ad productionem, est enim eodem modo loquendum de utriusque, ut Scot. significavit 2. dist. 2. quaest. 1. ad 1. pro. 1. opin. & quol. 12. §. De secundo articulo, &c. & ideo quia diximus ibi, conservacionem esse impositionem nominis significare realem dependentiam rei a sua causa, dare autem intelligere respectum quandam rationis ad esse præhabitu ex modo significandi principalis significati, ita in proposito dicere debemus de duratione.

1. Dicimus, formale significatum durationis secundum id, quod positivè, & reale dicit a parte rei, esse existentiam rei durantis, pro ut tamen a nobis explicatur, connotat respectum, vel realem, vel rationalem, seu proutalem coexistentem alicui durationi extrinseco, scilicet rem imaginariæ. Ita colligitur ex Scot. 2. d. 2. q. 2. H. ubi loquens de duratione angelica, ait non esse necesse ponere aliquid reale, sive absolutum, sive respectivum distinctum ab existentia Angeli pro ejus mensura, & duratione, & quol. 6. R. loquens de Aeternitate air, supra existentiam Divinam addere relationem rationi appetudinali necesseario coexistenti cuiusque extrinsece durationi; idem sentit Basol. 2. d. 2. q. 1. art. 3. & Masius disp. de Temp. lect. 3. q. 1. & probari potest ex confutatione aliarum opinionum; primo, quod non dicat rationem mensurae, quae cumque sit illa ex Scoto in 2. cit. lit. G. mensuratur est intellectum certificari de quantitate ignota, vel habente modum quantitatis per alteram notam, sicut mensurare est intellectum certificare de quantitate ignota, ideoque mensura ordinem dicit ad intellectum, ut etiam notat Scot. quol. 13. M. sed res quaecumque independentem ab intellectu dicitur durare, ergo duratio

formaliter non dicit rationem mensurae, sive activè, sive passivè; Minor prob. quia accidit rei duranti, quod unus intellectus sit certus, vel incertus de duratione ipsius. Dices, durationem dicere non rationem mensurae actualis, sed appetudinalis, & mensurabilitatem in duratione rei durantis, sicut mensura actualis cognoscitatem passivam adualem, ergo praesupponit durationem in re, sicut cognoscibilis entitatis, aut perfectionis alicuius entis praesupponit entitatem illam, vel perfectionem; ad summum sequitur, sicut mensurabilitas est passio quaedam consequens quantitatem, aut rem habentem modum quantitatis, sic esse passioem durationis, quae modum quantitatis habet, non rationem formalem (quamvis in hoc fit etiam discrepantia apud Doctores, nam Vasq. l. p. disp. 31. negat, eternitatem mensurabilem, aut mensurativam esse) quia ratione à Doctoribus durationis species, mensura sunt appellatae, quatenus sunt res cognoscibiles ab intellectu, quantum devent, non quod verè, & proprie fit mensurae, cum potius sint mensurae.

2. Secundò, quod non dicat quid ab existentia ex natura rei distinctum, nec ut rem à re, nec ut modum, pro Tum quia si distinguuntur, ut res à re, cum existentia sit prior ipsa duratione, ac proinde independentes ab ea, possit utique existentia separari a duratione, & etiam sic separata dici conservari, quod manifestè implicat; cum rem durare in toto rigore aliud non sit, quam ejus existentiam permanere, & conservari in esse. Sequela assumpti prob. quia prius realiter distinctum a posteriori, à quo nulla ratio dependet, potest ab eo separari saltem per potentiam Dei absolutam, & separatum conservari. Tum quia, quod potest Deus pro uno solo instanti, facere sine alio, potest etiam conservare tempore sequenti sine illo, cum non sit minor Dei potentia pro tempore sequenti, quam in primo instanti, ergo cum res in primo instanti talem non habeat entitatem, vel modum, qui in existentia perseverare dicatur, & durare, poterit quoque deinceps toto tempore sequenti sine tali re, vel modo conservari, quod implicat, quia eo ipso durare diceretur, cum duratio aliud non sit, quam rei existentia continuata, & conservata. Nec putent argumentum evadere, qui hoc superadditum ponunt esse modum, & tantum modaliter distinctum, non autem ut rem à re, quia cum distinctio modi à re, cuius est modus, ita explicetur ab istis, ut possit res esse sine modo, non à contra, hoc solum salvat, quod duratio separari nequeat ab existentia, non verò quod existentia nequeat a duratione separari, & separata conservari, & si potest res, imò necessitas in primo instanti est sine tali modo, poterit etiam Deus cum conservare in tempore sequenti sine tali modo, parum enim ad hoc refert, quod id, quod superaddit tempore sequenti, sit res, vel parus modus.

Tum deinde, quia si istud superadditum est res, cum res quilibet propriam possit existentiam, & quilibet existentia propriam habeat durationem, consequenter unius durationis alia duratio assignari deberet, quae si pariter distinguatur ab existentia rei durantis, ut res à re, aliam quoque durationem habere deberet; Nec etiam qui eam statuunt modum omnino effugere possunt, quia est modum nolint appellare rem, & ens, ut ens, & res id importent, quod dicitur, & per se existit, vel saltem ita existere potest, & ut existat, non necessario potest esse alteri affixum, ut est modus; adhuc tamen concedunt, modum imbibere formaliter rationem entis realis, à quo postea existentiam non distinguunt, unde ex hac capite etiam modus propriam habeat existentiam, esto alteri semper associatum, quod sufficit, ut & ipse propriam possit durationem. Nec dicere juvabit, hunc modum esse, quo res durat, non quod durat, & ideo, non habere propriam durationem. Nam ex hoc sequitur, dari posse rem existentem, & dici permanentem sine duratione, quod implicat, & si semel concedatur, posse aliquid rem sic durare seipsa sine alio ex natura rei superaddito, hoc idem dicit poterit, & deberit de omnibus, nec major ratio poterit asserri de una, quam de alia, & hoc est, quod nos hic contendimus, non exigi aliquid ex natura superadditum existentiae, ut res durare dicatur, sed sufficienter dici seipsa formaliter durare, & in toto rigore, si ejus existentia concipiatur, ut continuata; & tum deni-